



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarum Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Vtrum Christus sit creatus vel factus. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



## DISTINCT. XI.

*De commu-  
nicatione  
idiomatum  
& propr. e-  
tatum.*

*Aug. ca. 13.  
ad princip.*

*Ibidem in  
prin. ca. 6.*

*Circa finem  
cap. 6.*

*Aug. quest.  
67 ad prin-  
cipium. s. 4.*

*Ambr. to. 2.  
in princip.  
6. 6.*

SOLET etiã quæri, vtrum debeat simpliciter di-  
sci atque cõcedi Christũ esse factum, vel creatum  
vel creaturam: Ad q̄ dici potest, hoc simpliciter, &  
ab q̄ determinatione minus congruenter dici. Er-  
si quãdoq̄ breuitatis causa simpliciter denuncie-  
tur: nunquam tñ simpliciter debet intelligi. Quia  
vt Aug. in 1. lib. de Trin. ait, Cum de Christo loqui-  
mur, quid secundũ quid, & propter quid dicatur,  
prudens & diligẽs ac pius lector intelligere debet.  
Qui Christum vel Dei filium non esse factum, vel  
creaturã, in 1. lib. de trin. ostendit ita inquit. In  
principio erat verbũ: & verbum caro factum est:  
& oĩa per ipsum facta sunt. Neq̄; dicit oĩa nisi quæ  
facta sunt, i. omnem creaturam. Vnde liquidẽ ap-  
paret ipsum factum non esse, per quẽ omnia facta  
sunt: & si factus non est, creatura non est. Si autem  
creatura non est, eiusdem cum patre substãciẽ est.  
Omnis n. substantia q̄ Deus nõ est, creatura est: &  
q̄ creatura nõ est, Deus est. Sed si fili⁹ nõ est eiusdẽ  
substãtiæ cuius pater, ergo facta substantia est: &  
si facta substantia est, non omnia per ipsum facta  
sunt. At oĩa per ipsum facta sunt, facta ergo substã-  
tia non est, sed vna cũ patre infecta substantia est.  
Idem in eodem. Si vel filium fecit pater quem non  
fecit ipse filius, nõ omnia per filium facta sunt: At  
omnia per filium facta sunt: ipse ergo factus nõ est  
vt cum patre faceret omnia q̄ facta sunt. Idem in  
lib. 83. quest. Dicitur creatura quicquid fecit Deus  
pater per filium: qui non põt appellari creatura, q̄-  
niam per ipsum facta sunt omnia. Ambr. in 1. li. de  
fide. Probemus, inquit, creaturam nõ esse Dei filiũ.  
Audiuimus enim in euangelio dominũ mandasse  
discipulis, p̄dicare euangeliũ vniuersæ creaturæ.  
Qui



Qui vniuersam creaturam dicit, nullā excipit, & vbi sunt qui creaturam Christum appellāt? Nam si creatura esset, sibi mandaret euangelium prædicari: & subiectus esset vanitati: quia testante Apostolo. Omnis creatura vanitati subiecta est. Non ergo Christus creatura est, sed creator: qui docendæ creaturæ discipulis mandat officium.

*De perfidia, & pœna Arrij.*

B

ARRII hæc fuisse perfidia legitur, vt Christum creaturā faceret. Ideo effusa sunt Arrii viscera, atq; crepuit medius, prostratus in faciē ea quibꝰ Christum negauerat fœda ora pollutus. His aliisq; pluribus testimoniis instrumur nō debere fateri simpliciter Christum esse factum vel creaturā: sed addita determinatiōe rectè dici pōt, vt si dicatur factꝰ secundū carnē, vel secundū hominē: vt factura humanitati, non Deo attribuat. Vt n. ait Ambr. in 1. li. de fide, Non Deus factus est, sed Deus Dei filius natꝰ est: postea verè secundū carnē homo factꝰ ex Maria est. Misit n. Deus filium suum factum ex muliere, factū sub lege: filium inquit suum, scil. non vnū de multis. Cum dicit suū, generationis æternæ proprietatē signauit. Postea factū ex muliere asseruit, vt factura non diuinitati sed assumptioni corporis adscriberetur. Factū ergo ex muliere dicit, propter carnis susceptionē: sub lege, ppter obseruantiam legis. Generatio generationi non præiudicat, nec caro diuinitati. Deus enim æternus incarnationis sacramentum suscepit, non diuiduus, sed vnus, & in vtroq; vnus, scilicet, diuinitate & corpore. Nō n. alter ex patre, alter ex virgine: sed idē aliter ex patre, aliter ex virgine: sed q factus est secundum nostræ susceptionem naturæ, non secundum æternæ substantiam vitæ: quem legitimus primogenitum. Primogenitum quia nemo ante ipsum: Vnigenitū, quia nemo post ipsum. Ex his euidenter traditur, qua intelligētia accipiendū

*Rom. 6. d*

*Amb. lib. de fide 1. c. 9. ad princip.*

*Eod. li. 1. e in fine Galat. 4. a.*

*Ambr. c. 5. ad prin. li. de incarnationis dominica sacramento Eo. ca. 5.*

*Ambr. 6. li. 1. de fide ad medium.*

N n 3 sit,